Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fecit eos · & cetera · Quibus auditis illi id quod ei primo interro
ganti responderant repetiuerunt dicentes · quid ergo moyses man
dauit dari libellum repudii · & dimittere · tunc ihm causam
ostendisse duricie cordis ipsorum quam marcus · breuitatis causa
prius ponit tamquam illi priori quam matheus intermisit ·
eorum responsioni redditam · nichil deperire iudicans ueritati · quo
cumque loco eisdem ipsis uerbis que bis dixerant redderetur · quo
ipsis uerbis eam reddiderat dns · Sequitur matheus · Tunc ob
lati sunt ei paruuli · ut manus eis imponeret · & oraret · disci
puli autem increpabant eos · & cetera · usque ad illud ubi ait · multi
enim sunt uocati · pauci uero electi · hunc cum matheo & marcus
ordinem tenuit · sed de conductis operariis ad uineam solus matheus
interponit · Lucas autem cum commemorasset illud quod eis dixit ·
querentibus inter se quisnam maior esset adiunxit de illo · quem
uiderunt eicientem demonia · cum eum non obsequeretur ·
inde iam digreditur ab istis duobus ubi ait · eum firmasse
faciem suam · ut iret in ierlm · ac post multa interposita occurrit
eis rursus ad commemorandum istum diuitem · cui dicitur ·
uende omnia que habes · que nunc isti commemorant ex ordine
quo pariter eunt · Nam ibi etiam lucas de istis paruulis ante
quam diuitis faciat mentionem · quemadmodum & iste non
premittit · De illo ergo diuite qui querit quid boni faciat ut
uitam eternam consequatur · potest uideri distare aliquid
quod secundum matheum dicitur · quid me interrogas de bono · secundum
illos autem · quid me dicis bonum · Nam quid me interrogas
de bono · ad illud magis referri potest quod ait ille querens ·
quid boni faciam · ibi enim & bonum nominauit · & inter
rogatio est · magister autem bone nondum est interrogatio ·
Commodissime ergo intelligitur utrumque dictum quid